



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 29. Henricus Rex Romæ deponitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

dens explicationem mysticam, quam <sup>Sæculum XI.</sup> conclisit in hunc modum: Nunc igitur <sup>A.C.1076.</sup>  
*Verbi Divini gladium arripimus, am-*  
*putemus serpentis caput, & Ecclesiam ab*  
*opprobrio vindicemus. Nimia est patien-*  
*tia nostra. Totum Concilium in Papæ*  
*sententiam ivit, profitentibus omnibus,*  
*se pro causa Dei & Ecclesiæ mortem*  
*subire paratos esse. Tandemque statu-*  
*tum, Henricum Regia Dignitate exuen-*  
*dum esse, atque cum omnibus consciis*  
*anathemate feriendum.*

## §. XXIX.

*Henricus Rex Romæ deponitur.*

Altero die Papa, postquam epistolas Re- <sup>Lamber.</sup>  
 gis nomine sibi redditas recitari ius- <sup>vit. Greg.</sup>  
 sisset, contra eundem Sententiam ex- <sup>to. 10. Conc.</sup>  
 communicationis protulit in hæc verba: <sup>p. 356.</sup>

*Beate Petre Apostolorum Princeps, incli-*  
*na aures tuas ad servum tuum, quem ab*  
*infantia nutritivisti & usque ad hunc diem*  
*de manu iniquorum liberasti, qui me ode-*  
*runt, quia tibi fidelis sum. Tu mihi te-*  
*stis es, & Domina mea Mater Dei, Bea-*  
*tus Paulus frater tuus, & omnes Sancti,*  
*quod Ecclesia Romana me invitum ad sua*  
*gubernacula traxit, cum ego vitam in*  
*exilio finire maluissem, quam ingenii hu-*  
*mani fraudibus sedem tuam occupare.*  
*Quia vero tua gratia licet immeritus*  
*eam obtinui, credo, quod tibi placeat, ut*  
 popu-

Sæculum XI. *populus Christianus mihi obediat, & ego*  
A.C. 1076. *utar potestate ligandi atque solvendi in*  
*cælo & in terra, quam tu olim habuisti,*  
*& quæ nunc mihi a Deo data est.*

*Hac itaque fiducia fretus pro Ecclesia*  
*tua honore & defensione in nomine Omni-*  
*potentis Dei Patris & Filii & Spiritus*  
*Sancti, & tua auctoritate munitus, Hen-*  
*rico Regi filio Henrici Imperatoris, qui*  
*superbia inaudita tuæ Ecclesiæ se opposuit,*  
*totius Regni Teutonum & Italiæ guber-*  
*naculis interdico, & omnes Christianos a*  
*vinculo juramenti, quo se obstrinxerunt,*  
*vel se obstricturi sunt, absolvo, præcipio-*  
*que, ne quisquam ei ut Regi serviat.*  
*Æquum est enim, ut qui studet honorem*  
*& auctoritatem Ecclesiæ tuæ imminuere,*  
*ipse honorem amittat, quem videtur habe-*  
*re. Præterea quia, quod Christiani fuis-*  
*set, Sedi Apostolicæ parere recusavit, &*  
*ad Dominum non rediit, quem cum ex-*  
*communicatis communicans reliquit; quia*  
*mea monita, quæ pro ipsius Salute dedi,*  
*cujus rei tu testis es, S. Petre! sprexit,*  
*quia ab Ecclesia tua, tentans eam scinde-*  
*re, secessit, nomine tuo eum anathemate*  
*percutio, ut experientia discant populi,*  
*quod tu sis Petrus, & super hanc petram*  
*Filius Dei vivi ædificaverit Ecclesiam*  
*suam, atque nunquam futurum, ut porte*  
*Inferi prævaleant adversus eam. Nun-*  
*quam usque ad hæc Ecclesiæ tempora*  
*hujus-*

huiusmodi sententia in Supremum Prin-  
cipem lata legitur. Unde Otto Episco-  
pus Frisingensis, Historiæ Scriptor inte-  
gerrime Catholicus & Summis Pontifi-  
cibus addictissimus, cum sequente Sæcu-  
lo gesta Ecclesiastica literis mandaret,  
hac de re loquitur in hunc modum: *Im-  
perium rem novam eo magis indignaba-  
tur, quod huiusmodi Sententia in Impera-  
torem Romanorum prolata in illum usque  
diem esset inaudita.* Et alibi: *Volvo, re-  
volvō Romanorum Imperatorum Histo-  
rias, & nullibi invenio, ullum eorum a Pa-  
pa excommunicatum, aut Regno priva-  
tum fuisse. (\*)*

Sæculum XI.  
A.C. 1076.Im-2. Gest. Frid.  
c. 1.VI. Chr.  
c. 35.

## §. XXX.

(\*) Hic non abs re facturum me existimo, si  
aliqua ex Tractatu Magnif. Patris Gregorij  
Zalwein de Potest. Sum. Pontif. directa vel in-  
directa in Reges & Principes eorumque Subdi-  
tos & Regna, §. XIV. p. 73. excerpam. Ar-  
gumenta illorum, qui huiusmodi Potestatem a  
Christo Domino Ecclesiæ suæ datam negant, re-  
ferens Vir Clarissimus ait: *Nullibi Christus in  
tota Scriptura vel verbo vel exemplo docuit,  
quod vel sibi Potestatem etiam indirectam in  
Reges & Principes attribuerit, vel Petro ejus-  
que Successoribus vel Ecclesiæ concesserit, qui de  
se ipso dicit: Regnum meum non est de hoc  
Mundo.\* Et infra: S. Petro non alias dedit\* Joan. c. 19.  
Claves, quam REGNI COELORUM,\*\* neu\*\* Matth. 16.  
tiquam*